

DE UNICORNU. 365

C A P. XXXVII.

*Unicornu fossile non esse gemmam. In Italia reperiri. Materia ejus sit-ne lapis. Petrificatorum sylloge. Vitrum, Caro, & Lignum fossile. Unicornu hujus examen & Virtus.*

**C**Lassem hanc demum claudat Cornu fossile in signe & figurâ spectabile, in quo Unicornuum vicarias vices admiramur. Cornu appellatione insignitur ad figuræ aliqualis similitudinem, eo jure quo Cornu Ammonis duritiei saxæ moles apud veteres laudabatur ab arietini cornus effigie, ut etiam depingitur à Ferrante Imperato lib. 24. & Anshelmo Boëtio à Boot lib. 2. cap. 246. nec ita pridem anguis in spiram convoluti specie in Museo Wormiano videbatur. In quo tamen cornu, ut obiter id addam, erravit Plinius dum inter gemmas Æthiopicas his referret verbis lib. 37. cap. 10. Hammonis cornu inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas, au-

Q 3

reo